



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Disputatio II. De obiecto virtutis pœnitentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

teriori autem sensu clarum est, etiam post semel actam poenitentiam perfectam alicuius peccati non esse necessarium, seu præceptum, illam iterare, nec in sacramento, neque extra illud. Quæ omnia infra suis locis ex professo probabimus.

Obseruandum tandem est circa literam huius articuli in fine, D. Tho. referre quædam verba ex c. vlt. lib. 2. Paral. quæ ibi non reperiuntur, neq; in aliquo libro canonico. Sumpta vero sunt ex Oratione Manassæ, quæ extra canonem librorum sacrorum ponitur. Solebat autem poni ad finem librorum Paral. & ideo D. Th. illo modo ipsam allegat, & quamuis canonica non sit, est sine dubio optima, & verba quæ D. Thom. ex ea sumpsit, sunt ad rem præsentem valde accommodata.

QVÆSTIO LXXXV.

De Sacramento Poenitentia, secundum quod est virtus, in sex Articulos diuisa.



Einde considerandum est de poenitentia secundum quod est virtus.

Et circa hoc queruntur sex.

Primo, Vtrum poenitentia sit virtus.

Secundo, Vtrum sit virtus specialis.

Tertio, Sub qua specie virtus contineatur.

Quarto, De subiecto eius.

Quinto, De causa ipsius.

Sexto, De ordine eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS I.

Vtrum Poenitentia sit virtus.

4 di 24 q 1. ar 1 q 2. ar 3 q 1 cor. Et ad 2 q 2. Et 4. q præc ar. 1. Et q 65. ar. 1. Lib. 4 c. 6. Et. 26. 2. 5.



Primum sic proceditur. Videtur quod Poenitentia non sit virtus. Poenitentia enim est quoddam sacramentum aliis sacramentis connumeratum: vt ex supra dictis patet. Sed nullum aliud sacramentorum est virtus. Ergo neque poenitentia est virtus.

Præterea. Secundum Philosoph. 4. Ethic. verecundia non est virtus: tum quia est passio habens corporalem immutationem, tum etiam, quia non est dispositio perfecti, cum sit de turpi facto, quod non habet locum in homine virtuoso. Sed similiter Poenitentia est quoddam passio habens corporalem immutationem, scilicet ploratum, (sicut Greg. dicit: quod poenitere est peccata a præterito plangere) est etiam de turpibus factis, scilicet licet, de peccatis, quæ non habent locum in homine virtuoso. Ergo Poenitentia non est virtus.

Homi 34. in Euang post medium. Et in Reg lib 9. c. 39 non longe à fine.

Præterea. Secundum Philosoph. 4. Ethic. nullus est stultus eorum qui sunt secundum virtutem. Sed stultum videtur dolere commisso præterito, quod non potest non esse, quod tamen persistet ad Poenitentiam. Ergo Poenitentia non est virtus.

Sed contra est, quod præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit cives facere virtuosos: vt dicitur 2. Ethic. Sed præceptum diuini legis est de Poenitentia, secundum illud Math. 4. Poenitentiam agite, &c. Ergo Poenitentia est virtus.

Lib 2 ca 1 a mod. tom 5.

In isto ar. ex Reg. 1. Et q præced. q præc ar. 2. Lib. 2 c. 2. Et tom. 5.

Respondeo dicendum, quod sicut ex dictis patet, poenitere est de aliquo prius à se facto dolere. Dicitur est autem supra, quod dolor, vel tristitia dupliciter dicitur. Vno modo secundum quod est passio quædam appetitus sensitui, & quantum ad hoc Poenitentia non est virtus, sed passio. Alio modo secundum quod consistit in voluntate: & hoc modo est cum quadam electione. Quæ quidem si sit recta, necesse est quod sit actus virtutis: dicitur enim 2. Ethic. quod virtus est habitus electionis secundum rationem rectam, vt aliquis doleat, de quo do-

lendum est, & eo modo & sine, quo dolendum est. Quod quidem obseruatur in Poenitentia, de qua nunc loquimur: nam poenitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis cum intentione remouendi ea. Vnde manifestum est, quod Poenitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis.

Ad 1. ergo dicendum, quod (sicut dictum est) in sacramento Poenitentia materialiter se habent actus humani: quod non contingit in Baptismo, vel Confirmatione. Et ideo cum virtus sit principium alicuius actus, potius Poenitentia est virtus, vel cum virtute, quam Baptismus, seu Confirmatio.

Ad 2. dicendum, quod Poenitentia secundum quod est passio, non est virtus: vt dictum est: sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam. Est tamen virtus secundum quod habet ex parte voluntatis electionem rectam. Quod tamen magis potest dici de Poenitentia, quam de verecundia: nam verecundia respicit turpe factum, vt præsens, pro quo timet confundi: Poenitentia vero, vt præteritum. Est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis in presenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum verecundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oporteat eum poenitere, cum ex virtuoso fiat aliquis virtuosus.

Ad 3. dicendum, quod dolere de eo quod prius factum est, cum intentio remouendi ad hoc, quod factum non fuerit, esset stultum. Hoc autem non intendit poenitens, sed dolor eius est displicentia, seu reprobatio facti præteriti, cum intentione remouendi sequelam ipsius: scilicet offensam Dei, & reatum poenitentia. Et hoc non est stultum.

COMMENTARIVS.

Respondet D. Thom. Poenitentiam aut esse virtutem, aut actum virtutis: virtus enim simpliciter dicta habitum significat, & ideo habitualis poenitentia virtus erit, exercitium autem eius erit actus virtutis. Adhibet vero D. Tho. limitationem, dicens, Poenitentia de qua nunc loquimur, &c. quia potest etiam esse aliqua poenitentia, quæ non sit virtus, tamen nunc loquimur de Poenitentia, quæ sit secundum rectam rationem, & illam dicimus esse virtutem. Vnde duo in presenti resolutione continentur, vnum est, posse dari aliquam poenitentiam in obiecto, & circumstantiis conformem rectæ rationi: secundum est ad hoc consequens, talem poenitentiam esse virtutem. Cætera in sequentibus disputationibus exponentur.

DISPVATIO II.

De obiecto virtutis poenitentia.



Vanius in disputatione præcedente locuti fuerimus de virtute Poenitentia, vt indifferens est ad actum, vel habitum: hic iam agimus de propria virtute, seu de habitu ipso, cui nomen virtutis simpliciter attribuitur. Quia vero habitus & potentia ab obiecto, medijs actibus, speciem sumit: ideo ad explicandam naturam & essentiam huius virtutis, primo tractandum est de obiecto, deinde de actibus eius, postea de habitu, ac denique de causis & effectibus illius. In obiecto autem distingui solet materiale, & formale: quæ à nobis sigillatim explicanda sunt.

SECTIO I.

Quod sit materiale obiectum virtutis penitentie.

1
Duplex ac-
ceptio peni-
tentie vir-
tutis.

Poenitentia virtus duobus modis accipi potest, primo generatim, vt dicit principium eliciens quamcunque honestam detestationem peccati per modum habitus inclinantis ad illam; quo modo, vt inferius videbimus, penitentia non dicit vnam solam virtutem, sed varias complectitur, iuxta multiplicem rationem detestandi peccatum. Alio modo penitentia virtus quasi per antonomasiam appellatur specialis quadam virtus, quæ sub propria ratione detestatur peccatum, vt Deo iniuriosum. Et hoc posteriori modo hic precipue agimus de hac virtute: attingemus verò semper ea, quæ necessaria fuerint ad priorem significationem explicandam.

2
Alia nomi-
na in usum
notanda.

Rursum ipsamet virtus penitentiae duobus modis spectari potest. Primo quatenus exercet hoc munus detestandi peccatum commissum, & dolendi de illo ac destruendi illud præcisè in his actibus sistendo. Secundo modo tractare possumus de hac virtute adæquate secundum completam rationem suam, & secundum omnes actus, quos exercere valet: nam, vt supra dixi, hæc vox, *Penitentia*, solum significat in rigore retractationem præteriti facti. Vnde, si hæc virtus sumatur, vt præcisè subsistat huic voci, & conceptui eius, solum extenditur ad eos actus, qui respiciunt præteritum, seu peccatum commissum: fieri tamen potest vt eadem virtus, secundum integram & adæquatam rationem suam, alia habeat officia, & ita vniuersaliorem habeat materiam, quod à nobis videndum est. Vltimo vero obseruari oportet, duplicem materiam posse assignari virtuti. Alteram, vt fugiendam vel vitandam, quo modo illicita delectatio potest dici materia castitatis: alteram, vt amplectendam & amandam, quo modo corporis puritas dicitur materia castitatis.

3
Prima af-
ferio
D. Thom.

Dico ergo primo, Malum culpæ seu peccatum est materiale obiectum penitentiae, vt destruendum seu vitandum. Hæc est certa & communis veritas. Sumitur ex D. Thoma in hoc articulo, & in sequenti, ad primum, & ex quæst. præcedente, artic. 2. Vbi dicit, actus peccatoris (vtique quatenus penitens est) esse proximam materiam sacramenti penitentiae: materiam autem illorum actuum esse ipsa peccata, at vero tales actus sunt penitentiae actus. Idem in 4. d. 17. q. 2. artic. 1. & 3. Sot. quæst. 1. artic. 2. & alij Doctores cum Magistro tum ibi, tum dist. 14. Et loquendo in communi, & maxime de peccato mortali, est res clara ex dictis supra de significatione penitentiae: nam virtus penitentiae est principium retractationis prioris facti, ita vt retractatio ex obiecto honesta sit: huiusmodi autem retractatio versatur circa culpam commissam: ergo illa est materiale obiectum eius. Et ideo cum Scriptura de penitentia in hac proprietate loquitur, peccatoribus illam attribuit, vt Matth. 9. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.* Et in Oratio. Manasses (licet in canone non recipiatur) dicitur, *Non posuisti penitentiam iustus, qui tibi non peccauerunt.* Vnde fit, huiusmodi peccatum esse propriissimam, & proximam materiam, circa quam versatur penitentia rigorosè sumpta, per ordinem ad actum, per eam vocem propriissimè indicatum, qui est retractatio, & displicentia mali commissi: nam, vt ex ipsesternis constat, huiusmodi actus proxime versatur circa ipsum malum prius commissum, quod est peccatum.

Sotus
Magist.

Matth. 9.

Obiecto
placatur.

Dices, non proxime versari circa illud, sed circa destructionem eius, quam intendit. Responderetur Fr. Suarez. tom. 4.

A primo, licet hoc demus respectu illius intentionis, non tamen id procedere respectu displicentiae vel tractitiae de tali peccato, qui etiam sunt actus elicti ab hac virtute. Vt autem aliquod obiectum dicatur esse proxima materia alicuius virtutis, satis est quod per aliquem actum suum circa illud immediate versetur. Deinde dicitur, etiam respectu ipsius intentionis peccatum vt destruendum esse proximum obiectum illius actus, sicut è conuerso bonum vt obrinendum dicitur esse proximum obiectum intentionis, seu spei, aut desiderij. Neq; ibi sunt proprie duo obiecta, sed vnum cum respectu ad subiectum, cui obrinendum est, vel à quo est expellendum. Dico autem, non esse duo respectu ipsiusmet formalis inhaesionis, vel expulsionis, de qua obiectio procedebat, nam respectu subiecti, vel mediocrum alia ratio & consideratio esse potest, quæ ad præsens non spectat.

Sit ne culpa venialis materia Penitentiae.

De hac vero materia seu culpa qualis esse debeat, nonnulla breuiter expediri possunt. Primum, an sub hoc materiali obiecto comprehendatur peccatum veniale. Et ratio dubij est, quia huiusmodi peccatum non est vera offensio Dei, sed solum quoddam malum morale. Dicendum vero est, penitentiam late sumptam, prout comprehendit omnem habitum, qui honeste & secundum rectam rationem detestatur prius factum, expendi ad venialia, nam hæc merito displicent, vel propter turpitudinem, quam in propria specie habent, quomodo mendacium leue displicet ex virtute veritatis: vel quia impediunt feruorem charitatis: quomodo ad charitatem spectat dolere de omni peccato veniali. Adde præterea, hoc peccatum comprehendit sub obiecto adæquato propria, & specialis virtutis penitentiae, quia licet non sit tam propria offensio Dei, sicut mortale, re tamen vera est aliqua iniuria, tum quia aliquo modo pugnat cum voluntate, & lege Dei, tum etiam quia neque ordinatur, neque Ordinari potest in Deum vt in vltimum finem, cum tamen debitum sit Deo, vt omnia referantur in ipsum, & ideo tale peccatum etiam retardat hominem ab ingressu beatitudinis. Comprehenditur ergo sub obiecto materiali huius virtutis.

Quid de actu exteriori.

Secundo inquiri potest, an actus exterior peccati comprehendatur sub hoc obiecto. Et ratio dubij est, quia in interiori actu non est intrinsecus aliqua formalis malitia, & ideo dicitur non addere malitiam actui exteriori. 2. q. 20. Responderetur etiam hunc actum esse suo modo detestabilem per virtutem penitentiae: atque ita comprehendit sub eius adæquato obiecto, quia simpliciter est actus moralis, & peccaminosus, non quidem omnino distinctus ab interiori sub morali consideratione, sed vnum cum illo constituens, sicut corpus cum anima constituit vnum hominem. Ex quo quidem fit, vt actus exterior non sit detestabilis per penitentiam nisi ratione interioris, tamen vt illi copunctus, ea ratione detestabilis est: quod sufficit, vt sub obiecto materiali penitentiae comprehendatur, sicut corpus comprehenditur sub obiecto charitatis proximi, vel potius sicut imago comprehenditur sub obiecto religionis, vel dulzæ. Et potest declarari à simili: nam etiam in ipso interiori actu possumus duo distinguere, scilicet materialem entitatem actus, & malitiam eius: ex quibus illa prior secundum se bona est: vt tamen informatur posteriori;

B 3
riori;

riori, est detestabilis. Et hoc satis est, ut non solum A malitia, sed etiam ipsa entitas actus sit proxima materia Pœnitentiæ: imo entitas ipsa videtur esse proprium obiectum materiale, malitia vero quasi formale, modo infra explicando. Quamuis sola etiam malitia, quatenus abstracte sumpta, potest propter sese odio haberi: vel displicere, possit simul esse materiale obiectum: quia in his potentiis, præsertim spiritualibus, quando peruenitur ad simplicissima obiecta, ac per sese talia, non repugnat idem esse simul quo, & quod, licet in eis dentur etiam alia obiecta materialia: quæ per se non sufficiunt, nisi ut coniuncta formalibus. Ad hunc ergo modum actus exterior, licet per sese, & absque interiori non habeat unde per Pœnitentiæ displiceat, tamen ut informatus moraliter per actum interiorem, est vera materia Pœnitentiæ virtutis, sicut etiam esse potest, & debet materia sacramenti Pœnitentiæ, ut suo loco dicitur.

Solum ergo est differentia inter actum interiorem, & exteriorem, quod interior eo quod per se, & sine informatione alterius actus humanus est, potest per se esse integra materia Pœnitentiæ: actus vero exterior solum ut interiori coniunctus, potest esse quasi partialis materia Pœnitentiæ. Et quod de actibus dicimus, proportionaliter semper est de omissionibus moralibus intelligendum. Dices, Interdum displicet actus exterior ex obiecto prauus, etiam si prave factus non sit, id est, licet non fuerit coniunctus interiori actui malo, neque ab illo prodierit, verbi gratia, merito quis dolet, quod comederit carnes die prohibito, etiam si ex ignorantia iniunctibili hoc fecerit, & eodem modo honeste quis dolet de nocturnæ pollutione. Respondetur, huiusmodi displicentiam de tali facto seu passione non esse propriam Pœnitentiæ, quia non est de actu humano, ut humanus est: Pœnitentiæ vero in propria significatione respicit actum humanum, ut sic. Tamen sicut de aliis rebus, quæ non sunt humanæ actiones, potest esse aliquando tædium vel displicentia, etiam ex amore alicuius boni honesti, quod tædium, late loquendo, aliquando etiam vocatur Pœnitentiæ, ut supra notauimus, ita dicendum est de illa displicentia.

Quid de peccato nondum commissio.

Tertio inquiri potest, an solum peccatum iam commissum possit esse obiectum huius virtutis, vel etiam peccatum, quod committi potest, & vitandum est. Ratio dubij oritur ex dictis de significatione vocis Pœnitentiæ, proprie enim significat retractationem voluntatis, quæ solum versari potest circa voluntatem, vel opus iam commissum. Atque ita definire videntur Theologi, cum de contritione tractant in 4. d. 17. Nihilominus distinctione utendum est: nam si loquamur de virtute Pœnitentiæ solum iuxta rigorosam vocis significationem, & secundum actum proximum, & conceptum qui illi respondet, sic versatur solum circa mala iam commissa: quo sensu locuti sunt Theologi de contritione. At si loquamur de Pœnitentiæ virtute secundum totam adæquatam rationem eius, sic dicendum est, non solum peccatum iam commissum, sed peccatum simpliciter seu peccatum quod cauendum est comprehendit sub obiecto huius virtutis. Quod ostenditur ex officiis eiusdem virtutis. Ad illam enim spectat, non solum dolere de commissa offensa Dei, sed etiam odio habere illam, & proponere nunquam iterum committere. Hæc autem duo non respiciunt peccatum, ut commissum, sed vel simpliciter, vel in ordine ad tempus futurum: igitur. Maiorem, quoad priorem partem, sumo ex D. Thoma circa illa verba Paul. 2. ad Corinth. 7. Tristitia, quæ secundum Deum est, Pœnitentiæ in salutem stabilem operatur.

D. Thom.

Dubitat enim quomodo tristitia Pœnitentiæ operetur, cum Pœnitentiæ nihil aliud sit, quam tristitia quædam: & respondet, Pœnitentiæ non solum includere actum tristitiæ, sed etiam alios actus, nimirum odium peccati, & secundum unum actum posse alium operari. Hinc Tridentinum sæpe declaratur Pœnitentiæ per odium peccati. Ratio denique est, quia tristitia, seu dolor de præsentis malo, oritur ex odio ipsius mali secundum se: & ideo eiusdem virtutis est, detestari illud malum, si sit præsens, & odio habere illud.

Atque simili modo facile probari potest altera pars illius maioris, quam etiam disputatione sequenti ex professo tractaturi sumus: eamque docet Tridentinum sess. 14. capit. 4. dum ait, veram Pœnitentiæ includere propositum non peccandi de cetero: nam eiusdem rationis & honestatis est, vitare malum priusquam intret, & abicere illud, si iam adest. Minor autem propositio constat ex generalibus principiis doctrinæ moralis. Nam hoc differt inter tristitiam, odium, & fugam, quod tristitia est de malo præsentis, vel quod ut tale apprehenditur: cuiusmodi existimatur malum commissum: ideo Pœnitentiæ prout exercet hoc munus, circa huiusmodi peccatum versatur. Odium vero respicit malum secundum se, abstractendo à præsentia & absentia. Desiderium autem, quod in malis potius est fuga, vel propositum cauendi illa, respicit malum absens, quod futurum timeatur: Ergo Pœnitentiæ, quatenus hæc duo munera exercet, habet pro obiecto materiali peccatum vel absolute sumptum, vel ut futurum, seu imminens.

Quid de peccatis alienis.

Atque hinc expeditur quartum dubium, an sola peccata propria, vel etiam aliena sub hoc obiecto comprehendantur. Communiter enim dici solet, Pœnitentiæ solum esse de peccatis propriis, ut patet ex D. Thom. & aliis in 4. distinct. 17. quæst. 2. D. Thom. artic. 2. Quia alias virtus Pœnitentiæ in Christo esse potuisset: ille enim aliena peccata perfectissime detestabatur. Nihilominus utendum est distinctione. Nam illud vulgare dictum intelligendum est de Pœnitentiæ stricte sumpta, secundum rigorosam vocis significationem, atque de contritione proprie dicta. At vero virtus hæc, quam Pœnitentiæ nominamus, ut est iustitia quædam ad Deum, etiam potest aliquo modo versari circa peccata aliena, saltem per odium illorum, quia malum peccati, ubicunque sit, est odio dignum secundum rectam rationem, & ideo eadem virtus, quæ illud odio habet in proprio subiecto, etiam odit illud ubicunque sit. Et declaratur à simili ex iustitia humana: nam homo ex inclinatione iustitiæ non solum odio habet iniuriam, ut à se committendam, sed simpliciter ubicunque illam intuetur, quia illa honestas in se eadem est. Itaque sub hac consideratione etiam huiusmodi peccatum sub hoc obiecto comprehenditur.

Et ratio à priori est, quia honestas vniuscuiusque virtutis obiectiue sumpta, per ipsammet virtutem amabilis est, siue nude consideretur, siue in proprio, siue in alieno subiecto. Et sic Charitas amat honestatem, & dignitatem diuini amoris ubicunque illi proponatur. Ergo pari ratione vnaquæque virtus detestatur malum sui honestati contrarium, ubicunque illud proponatur: nam, ut statim dicam, eiusdem virtutis est, odisse malum, & diligere bonum: Ergo proportionali ratione Pœnitentiæ odio habet turpitudinem peccati, ubicunque illi proponatur, non quidem per modum retractationis, nam hic affectus imbibit respectum ad proprium actum commissum, sed per modum simplicis odij, & abominatiōis.

114

Haec enim turpitudinis, quae displicet penitenti, ut sic, in proprio actu, displicet etiam in alieno ex inclinatione eiusdem virtutis, quia illa ratio, quaecunque illa sit, potest esse adaequata alicui virtuti, quia in illo motivo eadem formalis honestas reperitur: non est autem alia virtus magis accommodata ad quam pertineat. Adde etiam inter illos actus simplicis odij vel merito censentur ab eadem inclinatione habituali procedere, ut infra latius declarabimus. Obiecto autem, quae infinnabatur de anima Christi Domini infra iterum occurrerit, cum agemus de subiecto huius virtutis. Nunc breuiter dicitur, Penitentiam in proprietate sumptam, qua significat virtutem, quae retractat peccatum commissum, & quae, quantum est in se, intendit destructionem eius, & ad illam disponit operantem, non fuisse in Christo Domino. An vero eadem virtus secundum substantiam in illo fuerit, postea dicemus.

Quid de habituali, & originali peccato.

QUINTO: hinc etiam facile constat, quid dicendum sit de peccato habituali: nam haec virtus, non solum fugit committere actu peccatum, sed etiam statum peccati, atque adeo habituale peccatum. Vnde D. Thomas, hac quaestione articulo 1. ad 1. dicit, proprium munus huius virtutis esse, intendere destructionem peccati, utique etiam habituales, quod manere dicitur quantum ad reatum & maculam: nam actuale peccatum statim transit: & ideo necesse non est amplius illud destruere. Ratio vero est, quia sicut actus, & habitus virtutis conueniunt in eadem honestate virtutis, & ideo eodem actu, & operamur actum virtutis, & diligimus ipsam virtutem: ita proportionali modo peccatum actuale, & habituale conueniunt in eodem genere deformitatis: & ideo eiusdem virtutis est utrumque vitare.

Dices, Ergo etiam peccatum originale comprehenditur sub hoc obiecto Penitentiae: quia nihil aliud est, quam quoddam peccatum habituale. Consequens autem repugnat communi doctrinae Theologorum, ut D. Thomae quaest. 84. art. 2. ad 3. & in 4. d. 17. q. 2. art. 2. quaest. 2. D. Bonau. d. 16. art. 1. q. 1. Richard. ibi art. 4. q. 1. ad 2. Ledesin 4. p. 1. q. 25. art. 2. dub. 3. Soto d. 14. q. 1. art. 2. & d. 17. q. 2. art. 2. qui in hoc aequiparat peccatum originale, & malum poenae: de quo statim dicemus. Et ratio huius communis sententiae est, quia peccatum originale, neque est actio nostra, neque in nobis ex peccato Adae, & ita se neutro respectu videtur esse apta materia virtutis Penitentiae. Quapropter responderi posset, negando paritatem rationis, quia peccatum originale non respicit proprium actum per quem fit voluntarium: peccatum autem habituale est homini voluntarium per proprium actum: & ideo magis potest pertinere ad penitentiam. Quae quidem responsio optime procedit de Penitentia praecise considerata, ut exercet actum contritionis, vel retractionis prioris facti. De qua videntur loqui Theologi citati. Et multo magis loquuntur de sacramento Penitentiae: nam peccatum originale nullo modo pertinet ad materiam illius sacramenti.

At vero si hanc virtutem consideremus secundum simplicem affectum iustitiae ad Deum, etiam potest habere odio omnem statum iniustitiae: quaecunque ratione contractum sit. Et hoc modo non est inconueniens, obiectum eius ampliari etiam ad originale peccatum. Et confirmatur, quia Charitas ex proprio motivo diuino potest detestari peccatum originale, & statim illius: ergo pari modo iustitia ad Deum potest detestari tale statum iniustitiae, & hac ratione odio habere tale peccatum. Eo vel

A maxime quod illa voluntas Adae a qua nostra culpa originem trahit, quodammodo nostra reputatur, quatenus in illo eramus, & in illo peccauimus: Ergo possumus dolere, eo quod humanum genus in primo parente Deum offenderit. Ergo sub ea ratione potest etiam peccatum originale per Penitentiam displicere. Atque ita sentit aperte D. Tho. in 4. loco proxime citato. Imo significat, potuisse Deum illum dolorem exigere, ut satisfactionem, vel dispositionem necessariam ad remissionem peccati originalis: quod etiam sentit Soto ibi, suppo. Sotus.

B Adae voluntate commissum est: ita vnus Christi voluntate pro illo satisfactum est: & sicut generatione naturali contrahitur, ita etiam per regenerationem in Christo deletur. Quapropter addi etiam potest, originale peccatum, etiam si (rem speculatiue considerando) possit esse materia, seu obiectum alicuius odij vel displicentiae pertinentis ad virtutem Penitentiae, qui actus utilis esse potest ad perficiendum affectum erga Deum, seu circa innocentiam, & iustitiam coram Deo, nihilominus, non esse materiam necessariam, neque praecise loquendo, moraliter vitalem ad corrigendos, & emendandos mores, qui sunt proprii fines virtutis Penitentiae.

Affertio secunda de malo poenae.

DICO secundo, Non solum malum culpa, sed etiam malum poenae comprehenditur sub obiecto materiali huius virtutis, quodammodo diuerso modo. Duobus modis explico, & confirmo hanc conclusionem. Prior est, quia virtutes morales voluntatis respiciunt, ut materia proxima actus exterioris humanos in quibus versantur, ut hic etiam notauit D. Thomas quaest. 85. artic. 3. ad 1. loquens de iustitia, cui aequiparat Penitentiam: Iustitia enim cum sic in voluntate, immediate elicit volitionem operandi iuste: operatur autem iuste per actus exteriores, qui sunt proximum materiale obiectum interioris actus. Ita ergo se gerit Penitentia virtus, dum vult interiores afflictiones & dolores, ut Deo pro peccatis satisfaciat: Ergo huiusmodi afflictiones & dolores comprehenduntur sub obiecto adaequato Penitentiae: haec autem sunt quaedam mala poenae. Secunda ratio est, quia eiusdem virtutis est, intendere finem, & eligere media apta ad finem illum, ut talis est: sed virtus Penitentiae intendit destruere peccatum, & resarcire diuinam iniuriam, & ad hoc consequendum vitur aliquo malo poenae, quod assumitur, in vindictam delicti commissi: ergo illud malum spectat etiam ad obiectum talis virtutis.

Ex quo intelligitur, quanta sit diuersitas inter malum culpa, & poenae, prout in illis haec virtus versatur: nam malum culpa respicitur ab hac virtute, ut destruendum: malum vero poenae potius ut amplectendum, quia est simpliciter bonum, & potens ad destruendum malum culpa: Vnde etiam intelligitur, non quodcunque malum poenae, sed id quod honestum est, accommodatumque ad illum finem esse materiam huius virtutis. Rursus etiam intelligitur, non solum malum poenae, quod consistit in actione humana, sed etiam quod consistit in passione, & quod prouenit etiam ab extrinseca causa, esse accommodatam materiam, & comprehendit sub hoc obiecto: nam aegritudo, vel aliud simile malum, si ex affectu huius iustitiae acceptetur, erit aptum medium ad satisfaciendum Deo, quod est munus huius virtutis. Denique colligitur ex dictis non solum actiones externas corporis, sed etiam aliquas actiones internas voluntatis posse sub hoc

D. Thom.
D. Bon.
Richard.
Ledesin.
Sotus.

Discrimen
inter malum culpa
& poenae.

obiecto comprehendi. nam voluntas, sicut intellectus, est potentia reflexiua: unde potest per vnum actum suum velle, seu imperare alium: atque hoc modo vnus actus voluntatis esse potest obiectum alterius: atque ita ex effectu poenitentiae, vel voluntate destruendi peccatum, potest eadem voluntas in se metipsa excitare dolorem, & tristitiam de peccato commisso, quae tristitia est quoddam malum poenitentiae contretum sub obiecto vel materia, circa quam versari potest virtus poenitentiae.

16
Interrogatione
satisfit

Dices, illa tristitia est actus elicited ab ipsa virtute poenitentiae, quomodo ergo contineri potest sub obiecto materiali illius? Respondetur primo, fieri posse vt illa tristitia non sit elicited a virtute poenitentiae, sed charitatis: vt aperte docet D. Thom. art. seq. ad 1. Deinde, quomuis concedamus, illam tristitiam posse elici a virtute poenitentiae, quod infra videbimus: nihilominus fieri potest, vt actus vnus virtutis voluntatis sit obiectum alterius actus eiusdem virtutis, quatenus voluntas per vnum actum potest velle alium, & hoc modo secundum diuersos respectus potest actus vnus virtutis contineri sub eius adaequato obiecto materiali.

17
Alia obiectio
soluitur
D. Thom.

Contra hanc vero assertionem obicit potest communis modus loquendi Theologorum, vt videre licet in Diuo Thoma in 4. d. 17. quaest. 2. artic. 2. quaest. incul. 1. & alijs, ibi, qui dicunt, poenitentiam veram non esse de malo poenitentiae, sed culpa. Dicendum vero est, illos esse locutos in omni rigore & proprietate de poenitentia, quantum ad actum retractandi, & quantum ad illud malum, quod destruere intendit: tum quia poena magis consistit in passione, quam in actione: retractio autem est de propria actione: & si interdum est de passione, est in quantum in aliqua nostra actione fundatur, tum etiam quia malum poenitentiae non est simpliciter malum, nec per se est offensio Dei: & ideo ex se non est materia deestabilis, vt sic dicam, per virtutem, nisi sub aliqua specialisatione actus honestetur.

SECTIO II.

Vtrum bonum opus, & Deus ipse cadent sub obiectum virtutis poenitentiae.

Assert. 1.

Supposita distinctione data in principio sectionis praecedentis: Dicendum est primo, Consideranda adaequata rationem, & naturam huius virtutis, non tantum comprehendere sub obiecto suo malum, id est peccatum, sed etiam bonum opus. Ad probandam hanc assertionem sumimus aliud principium communiter receptum, scilicet, eiusdem virtutis officium esse, malum fugere, & contrarium bonum prosequi. Hoc in specie de poenitentia asseruerunt Alexander 2. par. quaest. 175. & 3. par. qu. 76. mem. 2. & 3. Durand. d. 14. q. 1. n. 7. Caiet. hac q. 85. artic. 2. & sentitur ex Diuo Thoma ibi ad 1. quatenus dicit, eiusdem charitatis esse velle bonum Dei, & odio habere peccatum, quatenus illi bono contrarium est. Idem apertius sentit D. Thom. 1. 2. q. 113. ar. 5. ad 1. Ex quo sumitur generalis regula communis omnibus virtutibus, scilicet vnamquamque habere odio malum sibi contrarium: & de conuerso omnem virtutem, quae odio habet aliquid malum, multo magis diligere contrarium bonum. Quod principium supponunt in hac materia Soto in 4. d. 14. qu. 2. art. 2. Cano in relect. de poenitentia. Et fundari potest in D. Thom. 2. 2. qu. 79. vbi duas dicit esse partes iustitiae, scilicet, declinare a malo, & facere bonum, quas dicit, inueniri non tantum in iustitia particulari, sed etiam in vniuersali, & generaliter sumpta, id est, in omni virtute. Cum ergo poenitentia sit quaedam virtus, & quaedam iustitia, ad eam spectabit, non tantum declinare a malo, id est, peccato, sed etiam

Alex.
Durand.
Caiet.

D. Tho.

Soto.
Cano.
D. Tho.

facere bonum, seu id velle. Et ratio est clara, quia malum, cum sit priuatio boni, non habetur odio, nisi ratione boni: Ergo omnis virtus, quae odit aliquid malum, ideo est, quia inclinatur ad aliquid bonum. Et confirmatur a simili de humana iustitia, quae non tantum odit iniuriam, sed etiam amat, & facit quod iustum est: Ergo idem erit in ea iustitia, quae in nobis esse potest respectu Dei, quae est ipsa poenitentia. Confirmatur naturali exemplo, quia omnis facultas, inclinatio, & actio principalis est, & prius ordinatur ad terminum ad quem, quam ad recessum a termino: quo in virtutibus autem, malum se habet vt terminus, a quo voluntas recedit, seu separatur: bonum autem vt terminus ad quem tendit: Ergo &c.

Ex hoc autem principio sic probato aperte concluditur assertio posita: quia obiectum materiale virtutis est res illa, ad quam virtus tendit, seu in qua versatur: virtus autem poenitentiae non tantum versatur circa malum, fugiendo illud, sed etiam tendit in bonum, inclinando in illud: Ergo illud continetur & clauditur sub obiecto eius virtutis. Quod si inquiras, quodnam sit illud bonum. Respondetur tam late patere, & tam esse vniuersale, sicut malum culpa illi oppositum, quod poenitentia odio habet: hoc enim pari modo sequitur ex principio posito. Quomodo autem possit haec virtus tam generalem materiam habere, postea declarabo, tractando de formali obiecto eius. Est autem in hac assertionem, quod in ceteris annotauimus, considerandum, eam procedere de poenitentia secundum adaequatam rationem eius, & considerando in illa omnia muna, quae exercere potest. Quamquam praecise considerando in illa rationem deestabilis, materia eius sit malum, & non bonum: quomodo frequenter Theologi loquuntur. Sicut respectu misericordiae, miseria proximi vt expellenda est materia eius, beneficentia tamen, qua subuenitur proximo, vt a miseria exeat, & multo magis qua praenienitur, ne in miseriam incidat, est etiam materia misericordiae. Ita ergo virtus poenitentiae, & habet pro materia peccatum vt destruendum, & bonum illud, quod confert, vel ad illud peccatum expellendum, vel ad ipsum vitandum, & praenienendum, ne committatur in ordine ad diuersos actus suos, quos infra magis explicaturi sumus.

Poenitentiam aliquo modo Deum attingere.

Secundo dicendum est, quomuis directe, & proxime materiale obiectum huius virtutis continetur in quibusdam actionibus, & passionibus humanis, & rebus creatis, indirecte tamen, & quasi in obliquo comprehendere Deum sub obiecto suo. Declaratur, nam inter virtutes morales, quaedam sunt, quae dicuntur tendere ad alterum, vt iustitia, quae seruat ius, & equalitatem alterius: unde duplex censetur habere obiectum: vnum est actio ipsa, qua facit aequalitatem: aliud persona illa, cui reddit aequale, seu ius suum. Primum est obiectum proximum quia est id, quod proxime, immediate, ac directe voluntas vult. Secundum autem est quasi indirecte obiectum, quia ad illud aliquo modo prius obiectum terminatur. Verum quidem est, D. Thom. in hac q. 85. artic. 3. ad 1. insinuare, in huiusmodi virtutibus personam illam, ad quam ordinatur, seu dirigitur actus virtutis, non esse proprie obiectum, vel materiam talis virtutis: sed intelligendus est, de materia directa, & proxima, quae intelligi solet nomine materiae simpliciter dictae: negari tamen non potest, quin illa persona, ad quam dicitur esse virtus, pertineat aliquo modo ad obiectum eius: tum quia modo al-

Assert. 2.

do aliquo cadit sub illam voluntatem, per quam homo vult circa illam, vel ad illam operari: tum etiam quia illa est aliquo modo terminus propensionis talis virtutis. Vnde Theologi solent materiam proximam vocare obiectum, quod vult voluntas, & ab ea amatur: ipsam autem personam obiectum cui: quo modo religionis obiectum proximum est cultus Dei: remotum vero & obliquum Deus.

Ex hac vero declaratione manifesta est conclusio, quia vnus huius virtutis est, esse quandam iustitiam. Est ergo ad alterum, & non nisi ad Deum, tum quia in hoc distinguitur à iustitia humana, tum etiam quia eius opus est, satisfacere Deo, prout potest, & ita quantum in ipsa est, refarcire, & destruere iniuriā Dei: vel, quod perinde est, reddere ius suum Deo. Complectitur ergo dicto modo ipsum Deum sub obiecto suo. Neque hic occurrit aliqua difficultas præter inferius tractandas.

SECTIO III.

An hac virtus habeat proprium obiectum formale, & quod illud sit.

O biectum formale in vnaquaque virtute est proximum, & intrinsecum motiui eius, vt nunc suppono ex 1. 2. q. 1. art. 3. & proprius q. 18. per totam, quia huiusmodi motiui est proprius & intrinsecus finis virtutis, & finis est, qui in moralibus dat speciem. Hinc oritur ratio dubitandi, quia motiui ad detestandum peccatum multiplex esse potest, interdum quidem honestum, aliquando indifferens, vt cum quis tristet de peccato ob infamiam vel penam temporalem: imo quandoque esse potest turpe, vt si displiceat vnum peccatum, quia impediunt aliud delectabilius, vel vtilius. Quod si dicas, hic agi de motiui honesto intrinsecum, ac per se: nam ea, quæ sunt per accidens, non cadunt sub scientiam: & quia agimus de vera & propria Pœnitentia, quæ non est nisi honesta, vt in principio totius materiae supposuimus: adhuc vrget difficultas, quia etiam motiui honestum ad detestandum peccatum potest esse multiplex pro varietate virtutum, & diuersitate rationum, quibus potest peccatum existimari contrarium bono. Propter quam difficultatem nonnulli Theologi dixerunt, nullam esse peculiarem rationem detestandi peccatum, quæ proprium & quasi specificum obiectum Pœnitentiæ constituat, sed huiusmodi rationem communem esse omnibus virtutibus, & ex parte singulis conuenire. Ita refert D. Thom. 4. d. 14. qu. 2. art. 2. quæst. 3. Tener Maiol. ibi. quæst. 3. inclinatur Scot. ibi. q. 1. & alios referam infra disp. 7. Alij vero Theologi admittentes hanc rationem specialem, obscure illam explicant, Bonau. & Palud. ibi. Alenf. 3. p. q. 12. memb. 1. art. 1. §. 2.

Breuius, supposita distinctione de Pœnitentiā specialiter, vel generaliter sumpta, dicendum est, Pœnitentiā sumptam generaliter, non habere vnā definitam, & specificam rationem formalem obiecti, sed generaliter & confuse respondere illi motiui honestum ad detestandum peccatum, sub quo varia continentur. Probatur ratione dubitandi supra posita: & quia obiectum debet esse proportionatum virtuti seu facultati, cui assignatur: Pœnitentia autem illo modo sumpta non est vnā definita virtus, sed plures sub illa confusa ratione complectitur: ergo idem est de obiecto. Vnde fit, loquendo in communi, duplicem esse rationem honestam detestandi peccatum, vnā particularem & propriam alicui virtuti, vt est in Intemperantiā oppositam quam habet ad honestatem Temperantiæ, & c. aliam generalem & communem omnibus peccatis,

A vt quod auertant à Deo. Quando ratio est prioris generis, pertinet ad illam peculiarem virtutem, cui opponitur tale peccatum, ex illo generali principio supra posito, eiusdem virtutis esse fugere malum, cuius est prosequi, & amplecti bonum. Et hac ratione optime dixerunt multi Theologi, detestationem peccati, quæ est propter specificam malitiam eius, quæ dici solet malitia conuersionis, elici à propria virtute illi vitio contraria, vt patet ex Durando in 4. d. 14. q. 2. & Ruard. art. 4. contra Luther. non longè à principio.

Aliud vero motiui generale subdistingui potest, nam quoddam est generale per informationem, vt sic dicam, scilicet, quia est malitia aliqua vel deformitas, in se quidem vnā, & quasi specifica, generaliter tamen afficiens omnia peccata, vnde est v. g. auersio ab vltimo fine, quæ est in omnibus peccatis moralibus, & hic etiam numerari potest dignitas penæ. Et virtus, à qua elicitur actus detestationis sub hoc motiui potest esse vel charitas, vel spes, aut alia similis virtus, quæ licet in se vnā sit specie: causalitate autem, imperio, & materia est vniuersalis, & aliquo modo generalis. Aliud vero motiui generale esse potest per solam abstractionem & præcisionem mentis, vt si quis detestatur peccatum, solum quia turpe est, & contra rectam rationem: hoc enim motiui includitur in omnibus peccatis, tanquam quædam generalis ratio, & confusa, de qua difficile est ad explicandum, ad quam virtutem pertineat. Dicendum vero est, hunc actum pertinere ad illum habitum, per quem homo redditur facilis ad exercendos actus circa bonum honestum in communi, & quibus vult secundum rectam rationem operari præcise & abstracte propter conformitatem ad illam. Nam hic etiam cum proportione applicandum est illud principium, Detestationem mali consequi ex amore boni, & ideo in eodem principio seu habitu radicari. Quis vero sit ille habitus, quantum ad huius loci materiam admodum necessarium non fit, tamen quia difficultatem habet, & ad multa vtile esse potest, neq; habet certum aliquem locum in Theologia, ideo in fine huius sectionis illud adiungemus.

Formale obiectum Pœnitentiæ exponitur.

Dico secundo, loquendo de speciali & propria Pœnitentiā, motiui specificum eius, & proprium est, diuinum ius quatenus ex peculiari debito iustitiæ seruandum est: per quæ verba explicatur hoc obiectum in ordine ad hanc virtutem, secundum adæquatam rationem suam: si tamen velimus illud declarare respectu eiusdem virtutis, vt exercere peculiare munus detestandi peccata commissa, sic proprium motiui erit, refarcire diuinam iniuriam. In hac assertione necessario conuenire debent omnes Theologi, qui cum D. Thom. q. 85. artic. 2. docent Pœnitentiā esse specialem virtutem, quos infra suo loco affeдемus. Et magis sumitur ex eodem D. Thom. artic. 3. dicente, virtutem Pœnitentiæ esse quandam iustitiam. Constat enim ex eodem D. Thom. 2. 2. qu. 57. ius esse obiectum iustitiæ: Ergo seruata proportione, obiectum proprium determinatæ iustitiæ, esse debet determinatum ius: Ergo cum hæc virtus Pœnitentiæ sit quædam iustitia ad Deum, obiectum eius erit ius diuinum. Et ad eundem modum intelligendum est quod D. Thom. ibidem ad 2. & in 4. d. 14. q. 1. artic. 1. quæst. 1. uncula 3. & Palud. ibid. q. 2. Soto, & Cano supra, & passim Thomistæ dicunt, peccatum vt detestandum, vt expiabile, vel vt compensabile, esse obiectum formale Pœnitentiæ. Loquuntur enim primo de Pœnitentiā secundum præcisam considerationem, & habitu

Ratio dubitandi.

opinio.

D Thom. Maiol. Scotus. Bonau. Palud. Alenf.

Affert. 1.

Durand. Ruard.

3

Affert. 2.

D Thom.

D Thom. Palud. Soto. Cano.

habitudinem ad peccatum præteritum, quam virtutem pertinet, sub peculiari eius ratione spectat ad aliam virtutem priuatam: nihilominus ratio generalis seruandi præcepta, vtius suum Deo feruntur, ad hanc virtutem pertinet.

Quomodo Pœnitentia vindictam intendat.

SED superest difficultas, quia etiam pertinet ad Pœnitentiam, velle satisfacere pro pœna, & tamen ibi non interuenit motiuum illud resarciendi diuinam iniuriam: nam hæc iam supponitur ablata. Propter hoc Scotus 4. d. 24. quaest. 1. & 2. conluit, ad eliciendum hunc actum peculiarem virtutem Pœnitentiae, quam vocat iustitiam vindicaciam. B specialem, eiq; nullum alium actum tribuit, & significat præter hanc nullam aliam esse rationem ad specialem virtutem Pœnitentiae assignandam. Ego vero existimo hunc actum esse eiusdem virtutis, cuius est, velle resarcire iniuriam Deo, atq; ita esse actum propriae virtutis Pœnitentiae, quamuis secundariu. Idq; sumo ex Augulino de vera, & falsa Pœnitentia c. 8. vbi ait, Pœnitentia est doloris vindicta puniens in se, quod dolo commisit. Vbi non solum dolorem, sed etiam vindictam ex dolore dicit pertinere ad hanc virtutem, & consequenter ad formale motiuum eius. Et sumitur etiam ex D. Tho. q. 87. art. 1. ad 3. vbi ait, Dolor Pœnitentiae est reprobatio prioris facti cum intentione expellendi sequelam, scilicet offensionem & reatum: hoc autem vltimum non expellitur nisi per vindictam & pœnitentiam. Idem sentit in art. 3. ad 3. Igitur hæc voluntas satisfaciendi pertinet ad virtutem Pœnitentiae. Necessè est ergo, vt per eam aliquo modo intendatur recompensatio diuinæ iniuriae integra, & vt ita dicam, omni ex parte: nam punitio eius, qui iniuriam inulit, redundat in honore & ampliore satisfactionem eius, qui iniuriam passus est. Nam, si aliquis velit satisfacere pro pœna, solum vt illam euitet, & fugiat, esse poterit actus spei, vel ad summum charitatis propriae, non tamen specialis virtutis Pœnitentiae. Et ex humanis declarari potest: nam inter homines vindicare delictum, pertinet, vt ad iustitiam commutatiuam, vel quoad seruandam æqualitatem pœnae ad culpam: vel quatenus iudex ex officio ad hoc tenetur: licet possit pertinere ad legalem, vt respicit bonum commune, vel habere modum distributionis, in quantum fit inter plures: ita respectu Dei, quod homo vindicet in se iniuriam, quam Deo fecit, pertinet ad eam iustitiam, quæ esse potest hominis ad Deum, quæ assimilatur commutatiuæ in hoc, quod seruat proportionem pœnae ad culpam, & legalem æqualitatem inter illas. Hic vero non habet locum ratio iustitiæ legalis, quia nullum esse potest altius, magisque commune bonum, quam fit diuinus honor, seu plena recompensatio diuinæ iniuriae. Quod vero hic actus ordinatur ad exemplum, vel emendationem aliorum, est valde extrinsecum, magisque pertinet ad munus superioris, & gubernatoris, quam ipsius priuati hominis de se sumentis vindictam. Sic igitur constat, licet primarium motiuum Pœnitentiae sit destructio culpæ, secundario vero etiam ad illam pertinere destruere omnem reatum pœnae. Et vtrumque adæquate contineri sub hoc motiuo plene compensandi diuinam iniuriam.

Quomodo Pœnitentia vindictam intendat.

SED superest difficultas, quia etiam pertinet ad Pœnitentiam, velle satisfacere pro pœna, & tamen ibi non interuenit motiuum illud resarciendi diuinam iniuriam: nam hæc iam supponitur ablata. Propter hoc Scotus 4. d. 24. quaest. 1. & 2. conluit, ad eliciendum hunc actum peculiarem virtutem Pœnitentiae, quam vocat iustitiam vindicaciam. B specialem, eiq; nullum alium actum tribuit, & significat præter hanc nullam aliam esse rationem ad specialem virtutem Pœnitentiae assignandam. Ego vero existimo hunc actum esse eiusdem virtutis, cuius est, velle resarcire iniuriam Deo, atq; ita esse actum propriae virtutis Pœnitentiae, quamuis secundariu. Idq; sumo ex Augulino de vera, & falsa Pœnitentia c. 8. vbi ait, Pœnitentia est doloris vindicta puniens in se, quod dolo commisit. Vbi non solum dolorem, sed etiam vindictam ex dolore dicit pertinere ad hanc virtutem, & consequenter ad formale motiuum eius. Et sumitur etiam ex D. Tho. q. 87. art. 1. ad 3. vbi ait, Dolor Pœnitentiae est reprobatio prioris facti cum intentione expellendi sequelam, scilicet offensionem & reatum: hoc autem vltimum non expellitur nisi per vindictam & pœnitentiam. Idem sentit in art. 3. ad 3. Igitur hæc voluntas satisfaciendi pertinet ad virtutem Pœnitentiae. Necessè est ergo, vt per eam aliquo modo intendatur recompensatio diuinæ iniuriae integra, & vt ita dicam, omni ex parte: nam punitio eius, qui iniuriam inulit, redundat in honore & ampliore satisfactionem eius, qui iniuriam passus est. Nam, si aliquis velit satisfacere pro pœna, solum vt illam euitet, & fugiat, esse poterit actus spei, vel ad summum charitatis propriae, non tamen specialis virtutis Pœnitentiae. Et ex humanis declarari potest: nam inter homines vindicare delictum, pertinet, vt ad iustitiam commutatiuam, vel quoad seruandam æqualitatem pœnae ad culpam: vel quatenus iudex ex officio ad hoc tenetur: licet possit pertinere ad legalem, vt respicit bonum commune, vel habere modum distributionis, in quantum fit inter plures: ita respectu Dei, quod homo vindicet in se iniuriam, quam Deo fecit, pertinet ad eam iustitiam, quæ esse potest hominis ad Deum, quæ assimilatur commutatiuæ in hoc, quod seruat proportionem pœnae ad culpam, & legalem æqualitatem inter illas. Hic vero non habet locum ratio iustitiæ legalis, quia nullum esse potest altius, magisque commune bonum, quam fit diuinus honor, seu plena recompensatio diuinæ iniuriae. Quod vero hic actus ordinatur ad exemplum, vel emendationem aliorum, est valde extrinsecum, magisque pertinet ad munus superioris, & gubernatoris, quam ipsius priuati hominis de se sumentis vindictam. Sic igitur constat, licet primarium motiuum Pœnitentiae sit destructio culpæ, secundario vero etiam ad illam pertinere destruere omnem reatum pœnae. Et vtrumque adæquate contineri sub hoc motiuo plene compensandi diuinam iniuriam.

Censura prioris opinionis.

EX his igitur facile est, iudicium ferre de prioris sententia superius relata, negante dari speciale motiuum Pœnitentiae, sub quo vna virtus omnia peccata detestetur. Duobus enim modis potest id intelligi. Primus est, nullum esse motiuum, in faquidem vnicum, & speciale, generale autem quasi per informationem, sub quo possit aliqua virtus vna, peccata omnia detestari quasi vnicu motu. Et

3.
Obiectio.
D. Thom.
Soto
Cano.

Dices, In peccato tantum est malitia conuersionis, quam detestatur vnaqueque priuata virtus, vt dictum est cum Durando, & alijs, & malitia auersionis ab vltimo fine, quam detestatur charitas, vt cum D. Thoma hic art. 2. ad 1. affirmant Soto d. 14. q. art. 2. & Cano, relect. de Pœn. conclus. 2. & reatus etiam pœnae, quem fugit timor, vel spes, vt ex eodem principio supra posito, quod est omnium fundamentum, colligitur, scilicet quia eiusdem virtutis est fugere malum, cuius est diligere bonum oppositum: nulla ergo superest malitia, quam secundum propriam rationem detestetur Pœnitentia. Et confirmatur, nam ad obseruanda singula præcepta non obligat iustitia, sed vel propriae leges singularum virtutum, vel generalis lex Charitatis aut obedientiae: Ergo de conuersio in peccato, quod est transgressio legis, non est peculiaris ratio iniuriae, cuius detestatio sub hac speciali ratione ad propriam virtutem Pœnitentiae, vel iustitiæ pertineat.

6.
Responsio.

Respondetur, in omni peccato, quatenus est contra Deum, inueniri propriam quandam rationem iniuriae altioris rationis, quam sit omnis iniuria humana, sicut ius diuinum altius & excellentius est. Id quod confirmat modus loquendi Scripturae, quæ frequenter vocat peccatum iniuriam & offensionem Dei. Debet autem Scriptura proprie intelligi, cum commode potest. Ideo ab homine exigit satisfactionem & conuersionem in Deum, non vtrunque debitam ex lege solius Charitatis, sed etiam ex iustitia. Ac propterea Christus ex perfecta iustitia pro peccatis hominum satisfacit, vt omne illorum debitum plenissime solueret. Denique declarari hoc potest quosdam proportionali exemplo: debet enim subditus Principi tributum, & honorem ex iustitia: multo ergo magis homo debet Deo recognitionem, & honorem vltimi finis, quem illi denegat dum peccat, imo quantum est in affectu peccatoris, priuat Deum dignitate vltimi finis, & alium constituit, si mortale peccatum sit: Igitur infert Deo propriam & magnam iniuriam. Quocirca hæc ipsa malitia & ratio iniuriae in auersione à Deo includitur: vel potius hæc est propria ratio formalis illius malitiæ. In ea vero continetur oppositio ad Charitatem ex generali ratione illius virtutis, sicut iniuria proximi etiam est contra charitatem proximi: non tamen hæc est proxima & formalis ratio illius malitiæ, sed est contra iustitiam. Atque hoc modo seruare vniquodque præceptum ad aliam

hic sensus est plane falsus, & improbabilis alias nūquam posset homo vnico simplici actu omnia peccata detestari: & ita moraliter loquendo, non possemus habere in vno momento vniuersalem Pœnitentiam omnium peccatorum: quod esse falsum experimento constat, & infra latius tradetur. Sequela patet, quia non posset homo simul tam varios actus detestandi peccata, & sub variis motiuis perfecte elicere. Vnde eadem experientia docet, quando homo simul detestatur omnia peccata, vno simplici motu ab illis auerti: & aliqui rationi omnibus communi inniti. Tandem in ipsis peccatis constat reperiri aliquam conuenientiam, vel in ordine ad rectam rationem, cui opponuntur: vel in ordine ad Deum, à quo auertunt, & cuius legem transgrediuntur; vel in ordine ad pœnam, &c. Et secundum quamcumque conuenientiam ex his potest consergere sufficiens ratio communis omnibus peccatis, ad detestanda illa. Et hoc modo diximus supra virtutem charitatis; & spei sub propriis motiuis posse detestari omnia peccata.

Alter sensus esse potest, non dare motiuum speciale in se, & generale dicto modo, quod specialem virtutem requirat distinctam à charitate, spe, religione, & obedientia. Et hoc sensu, magis probabilis est illa sententia: sed nobis etiam videtur esse falsa, vt diximus, & distinctius concludemus infra disp. 7. Alter vero sensus excogitari posset, quod non est ab illis auctoribus intentus, scilicet, motiuum illud, quod præcise inducit ad detestationem peccati, & intentionem destruendi illud, nõ esse ita proprium alicuius virtutis, vt nõ supponat aliud primarium, in quo virtute contineatur. Qui sensus recte declaratus verus erit, iuxta secundam assertionem positam, & iuxta illud principium, quod virtus, quæ est ad tollendum malum, vel relatiendam iniuriam, per se primo est ad aliquod bonum prosequendum, sicut in præsentibus dicimus ius diuinum, vt tuendum, seu illatum seruandum, est primarium obiectum huius virtutis.

SECTIO III.

Que virtus detestetur peccata vt rationi contraria.

Am vero superest, vt, quod supra promissimus, explicemus, videlicet, cuiusnam virtutis sit detestari peccata omnia sub illa præcisa ac generali ratione, quod contra rationem sunt. Et ratio difficultatis est, nam obiectum illud formale non est specificum, sed genericum, & ideo non videtur posse constituere definitam speciem virtutis. Nam si illam constituat, aut erit temperatia aut iusticia, aut alia similis: nulla autem huiusmodi esse potest. Vnde dici posset, illum actum ad nullam determinatam virtutem pertinere, sed ab omnibus, & à quolibet seorsim elici posse, quia omnes versantur circa aliquod honestum bonum, in quo cõmunis ratio honesti boni includitur, & ideo quælibet potest propter illam rationem, etiam præcise sumptam, operari. Sicut species intelligibilis representans specificam naturam, potest esse principium sufficiens ad cognoscendam naturam genericam, vt sic, supposita virtute, & efficacia potentia ad præcise determinandum.

Verumtamen hæc responsio sustineri non potest, quia constat ex Metaphysica, rationes formales obiectorum, quæ in esse rei genericæ sunt, respectu actuum mentis posse assumi vt specificas in ratione obiectorum formalium, vt contemplatio hominis, vt sic, indiuidua est, & singularis, etiam si obiectum eius sit natura vniuersalis, & conceptus animalis, prout est formaliter in mente, specificus

A est, & diuersus in specie à formali conceptu hominis vt sic, quamuis ratio obiectiua eius generica sit in re: idemque proportionaliter inuenitur etiam in rationibus vniuersalibus, vel etiam in transcendentalibus. Idem ergo sine vlla dubitatione inuenitur in actibus voluntatis; nam illa etiam est vniuersalis potentia, quæ communes rationes præcisas, & abstractas attingit: vnde illa obiectiua in præ comparantur ad actus voluntatis vt specificæ, etiam in esse rei, sint vel genericæ, vel communi-ores. Sic igitur actus, quo voluntas amat bonum absolute, vel bonum honestum, vt sic, est quidam actus specificus, quia non potest esse in rerum natura, quin in aliqua vltima specie constitutus sit. Ille autem actus distinctus est in specie ab omnibus actibus virtutum particularium, vt Temperantia, Iusticia & similia, quia nec potest esse eiusdem speciei cum omnibus illis, cum illi inter se specie distinguantur: neque etiam potest esse eiusdem speciei cum aliquo illorum tantum, cum non sit maior ratio de vno quam de alio, sed æqualis sit distinctio in obiectis. Est ergo ille actus in quadam propria, & determinata specie vltima actus honesti voluntatis cuius obiectum formale, est ratio honestatis, vt sic, quatenus sumitur vt proprium, & particulare motiuum, sub qua cõsideratione induit rationem specificam obiecti formalis. Et idem est de alio actu, qui huic correspondet circa malum, seu peccatum detestando illud sub hac præcisa ratione, quia turpe est, & contrarium rationi: sunt enim, vt dixi, hi actus inter se connexi, eademque est vtriusque ratio: Vnde obiter constat, non esse simile exemplum quod supra adducebatur de specie intelligibili, etiam si gratis demus id quod assumitur: nam species intelligibilis cum sit quasi semen obiecti, cuius vicem gerit, illi secundum se commensuratur, & ideo potest esse principium ad cognoscendum illud, vel ad æquate, vel secundum rationem aliquam communem, & quasi partialem: habitus autem cõmensuratur actibus à quibus generatur, & non tendit in obiectum, nisi sub formali ratione obiectiua illorum.

Si ergo hic actus aliquem habitum in voluntate producat, talis habitus non poterit esse aliqua virtus particularis, seu quæ versetur circa particularem rationem boni honesti, vt Temperantia, Iusticia, &c. Sed erit specialis quidam habitus bonus distinctus ab his omnibus. Quod facile patet, tum quia actus generat habitum sibi commensuratum, tum etiam quia ratio facta de actu applicari potest ad habitum, scilicet, quod nec potest esse eiusdem speciei cum omnibus virtutibus simul, cum illa inter se distinguantur, nec potest esse eiusdem speciei cum vna potius, quam cum aliis. Deinde quia ille actus non tendit in obiecta aliarum virtutum secundum proprias rationes earum: Ergo non potest inducere habitus proprios talium virtutum. Vnde vterius è conuerto concluditur, huiusmodi actum non elici ab habitibus aliarum virtutum, sed si ab aliquo habitu elicitur, solum est à proprio & specifico habitu sibi commensurato. Primum quia talis actus ab illo tantum habitu elicitur, qui per similes actus introduci potest. Secundum quia talis actus nec potest elici ab omnibus virtutibus simul, cum illa solum operentur sub propriis rationibus, & motiuis, quæ sunt varia, & distinctissima: neque etiam elici potest ab aliqua determinata virtute ex omnibus illis, tum quia nõ est maior ratio de vna quam de alia, tum etiam quia motiuum operandi longe diuersum est in illo habitu, & actu, quam sit in cæteris virtutibus particularibus. Vnde propriam etiã habet difficultatẽ quã nulla particularis virtus habet, eo quod cõfusa saltem, & implicite, omnia complectatur.

Hinc vero sumperit aliqui occasionem dicendi, illum actum elici à virtute charitatis, quia illa est virtus optima.

Dicitur peccata detestari ad proprias virtutes non speciales.

Prima scriptura.

virtus vniuersalis, virtute complectens omne bonum, vnde proprium illius actus est, velle placere Deo in omnibus, qui actus eiusdem rationis est cum eo de quo agimus. Cui sententiæ fauere videtur D. Thom. artic. sequenti, ad primum, dum ait, diligere bonum, & gaudere de illo, & tristari de opposito malo, esse actus elicitos à Charitate. Sed contra hanc sententiam æquè procedunt rationes factæ, quia Charitas, licet virtute, & causalitate sit aliquo modo vniuersalis, tamen in ratione obiectiua respicit determinatam rationem boni diuini, vt sic: vnde actus proprius Charitatis non minus distinguitur ab actu, qui versatur circa bonum honestum in communi quam actus iustitiæ, Temperantiæ, & similitum virtutum: Ergo non potest Charitas elicere talem actum. Et confirmatur primo, nam Charitas essentialiter est amicitia: vnde, quicquid per se proxime operatur, est sub ratione amicitiae, & consequenter cum habitudine ad Deum, quem respicit, vt supremum bonum, & amicam: ille autem actus, de quo agimus, nullo modo pertinet ad amicitiam, sed solum ad rationem boni honesti, quatenus honestum est. Ergo non potest hic actus à Charitate elicari. Alioqui (quæ est secunda confirmatio) talis actus amandi bonum, vt sic, & detestatio peccati, quia repugnat rectitudini rationis, aut fidei, esset sufficiens ad Charitatem obtinendam, sine proprio & peculiari respectu ad Deum, quod est plane falsum.

*Non est hac
dat est utio a
ctus chari-
tatis.*

Atque his, & similibus rationibus conuinci potest, huiusmodi actum non pertinere ad virtutem obedientiæ, vel iustitiæ legalis, vt alicui videri posset, eo quod illæ virtutes sint etiam vniuersales, quatenus versari possunt circa quascunq; materias virtutum, aut vitiorum. Nam hæc virtutes in his materiis respiciunt propria, & specialia motiua contenta sub generali ratione boni honesti, vt particularia sub vniuersali, qualia sunt subdita superiori, & præcepto eius, quod est formale motiuum obedientiæ, & seruare communia iura seu commune bonum reipublicæ, quod est formale motiuum iustitiæ legalis, si recte intelligatur. Et ideo æquè distinguuntur hæc virtutes ab habitu operante ex sola ratione boni honesti, vt sic, ac aliæ virtutes particulares, quæ in quadam vniuersalitate habeant maiorem convenientiam, quæ solum materialis est, quatenus in eisdem fere materiis versari possunt, licet sub diuersa ratione formali.

Possent vero aliquis dicere, his rationibus potius concludi illos actus ad nullum omnino habitum pertinere, neque illum in voluntate generare, quia sicut voluntas per se, & natura sua, est satis propensa ad amandum bonum in communi, & fugiendum malum, vt sic, ita etiam se propensa ad bonum honestum in communi, & ad detestandum contrarium: neque in his obiectis vel actibus, vt sic, inuenitur difficultas, ob quam vincendam habitus necessarius sit. Omnis enim difficultas prouenit ex particularibus obiectis, seu materiis, quæ per proprios habitus virtutum particularium tollitur: vnde, si quis habeat iustitiam, temperantiam, & similes virtutes, nullam certe difficultatem sentiet in amando bono honesto quatenus tale est, & contrario malo detestando. Tribuiturq; hæc sententiæ D. Thomæ, q. 16. de Verit. art. 1. ad 7. Sed ibi nihil dicit, potiusq; fauet oppositæ sententiæ, quatenus ponit in intellectu habitum syndereis à potentia distinctum, quâuis illum ponat naturalem, de quo alias. Citatur etiam in 3. d. 27. quæst. 2. artic. 3. ad 5. vbi ait, philosophos non posuisse in voluntate virtutem moralem in ordine ad vltimum finem, quorum sententiam probare videtur. Tamen, vt vera sit, intelligenda est de vltimo fine formali, seu de bono in communi, nam respectu particularis finis vltimi, veri, & efficaciter prosequendi, reuera est aliquis habitus ne-

D. Tho.

*Quarta opi-
nio negans
dictum
actum elici
ab habitu.*

cessarius, etiam infra terminos finis naturalis, vtrahilariius ostendendum est. Aliis vero locis docet generatim D. Thomas, in voluntate non esse virtutes, nisi vel ad supernaturale bonum, vel ad illud, quod est ad alterum, vt patet in 1. 2. quæst. 56. artic. 6. & quæstion. 1. de Virtut. artic. 5. Verum tamen, hæc sententiæ D. Thomæ, quoad hanc partem magnam habet difficultatem alibi tractandam. Et præterea dici potest, bonum honestum, vt sic, extendi etiam ad illud, quod est ad alterum, & ex hac parte postulare habitum. Itaque D. Thomas in hac parte nihil expresse locutus est. Ille autem modus dicendi, quantum spectat ad alterum, & ex hac parte postulare habitum, non multum refert, quia siue principium talium actuum, ex parte voluntatis, semper sit sola potentia, quatenus per se est satis propensa ad illos, siue sit habitus acquisitus per tales actus: semper verum est, obiectum formale talium actuum, esse ipsum generale motiuum honestatis secundum se, ac præcise sumpta.

Difficile tamen creditur est, per huiusmodi actus nullum habitum generari. Primo, quia videtur hoc experientiæ repugnare, nam ex ipso vsu, & exercitio interiorum actuum virtutis constat, hos actus vniuersales multum conferre ad facilitatem acquirendam in operatione virtutis: signum est ergo, relinquere habitum, nam hoc indicio probamus per alios actus acquiri habitus. Deinde obiectum horum actuum per se consideratum, est difficile, nam respectu illius est quædam repugnancia inclinationum, & propensionum voluntatis: Ergo hoc facis est, vt acquiratur habitus. Antecedens declaratur, nam licet in voluntate sit magna propensio naturalis ad honestum, vt sic, tamen etiam est naturalis inclinatio ad bonum commodum, & delectabile ipsi nature, & ipsi corpori. Nam cum anima rationalis, vt sic, sit forma corporis, ad ipsius commodum est propensa, etiam per voluntatem, quæ est proprius appetitus anime rationalis quatenus talis est. Ex hac autem inclinationum diuersitate oriri solet difficultas in operando, & inde etiam oritur necessitas aliarum virtutum moralium. Vnde probatur etiam prima consequentia, quia habitus bonus, & virtutis, circa obiectum bonum, & difficile, necessarius est. Nec refert quod hæc difficultas ex materiis, seu obiectis particularibus oriatur, hoc enim verum est in exercitio particularium actionum; prouenitque ex eo, quod rationes vniuersales non existunt, neque exercentur nisi in particulari: nihilominus tamen, sicut ex obiectis particularibus colligimus difficultatem obiecti specifi, ita etiam colligere possumus difficultatem obiecti in genere, seu in maiori abstractione aut vniuersalitate propositi. Atque ita bonum honestum, vt sic, difficile concipitur, non ex solis rationibus particularibus, sed ex hac communi, quod repugnat aliquo modo sensui, & inferiori nature. Loquimur autem de bono honesto comparatione actus voluntatis efficacis, & propositi absoluti exequendi illud, & vitandi, ac detestandi oppositum, solum quia turpe est. Nam respectu alicuius simplicis affectus, & complacentiæ, nulla apparet in illo obiecto difficultas, & propter hunc actum non esset forte necessarius habitus: at vero respectu absoluti propositi arduum est, & difficile obiectum, vt experimento etiam intelligi potest. Sicut amor simplicis complacentiæ ad Deum difficilis non est, amor autem obedientialis, cum ab soluto proposito placendi illi in omnibus, satis difficilis est, idemque fere est de aliis actibus vniuersalibus.

Nihil autem refert quod hæc difficultas possit minui per alias particulares virtutes, cum quia respectu horum actuum vniuersalium vnaquæq; ad summum potest moderari difficultate, quæ ex propria

Refertur

8.

DISPUTATIO III.

De actibus virtutis Pœnitentiæ in communi.



De his actibus sub hac ratione pauca scribunt Theologi, sed fere solum de contritione, & attritione in particulari: mihi tamen res necessaria visa est tum ad melius cognoscendas rationes particulares dictorum actuum, tum ad comprehendendam naturam huius virtutis. Dicam igitur, cuius facultatis sit hic actus, quotuplex, qualis, & quam efficax, & quam vniuersalis sit.

SECTIO I.

Utrum actus Pœnitentiæ sit actus voluntatis & quotuplex.

Ubi opinio esse videtur, actum Pœnitentiæ esse appetitum sensitium: nam si dolorem sensitium non sentiant, vel etiam lacrymas non fundant, nunquam putant se verum actum Pœnitentiæ elicisse: e contrario vero hæretici huius temporis asserunt, fere nullum esse actum Pœnitentiæ, nisi intellectus tantum, illum videlicet, quo homo resipiscit, & cognoscit, ac iudicat, se male egisse. Quibus occasionem præbuit Erasmus circa id Matth. 3. Pœnitentiæ agit, contendens non pœnitentiæ, sed resipiscentiæ fuisse verendum. Quod si hæretici aliquem actum voluntatis adiungunt, solum est propositum bene viuendi in posterum, nam deestatio nem præteriti, vt otiosam, vt præsumptuosam reproband, vt potest videri in Rosensi art. 6. 7. & Bellarm. lib. 1. de Pœnitentiæ capit. 7. Catholici vero, licet conueniant hunc esse actum voluntatis, in eius tamen qualitate explicanda dissentiunt, vt videbimus.

Dico primo, Actus Pœnitentiæ est actus à voluntate elicitus, supponens actum intellectus sibi proportionatum, & regulariter habens coniunctum actum appetitus sensitium, vt consequentem ipsum. Prima pars conclusionis est certa ex D. Thoma hic artic. 4. & in 4. d. 17. q. 2. vbi communiter Theologi idem docent. Sumitur ex Tridentino sess. 6. c. 1. ibi. Dum peccatores se esse intelligentes, mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & deestationem, &c. & can. 4. definit liberum arbitrium effectiue cooperari in conuersione peccatoris: liberum autem arbitrium est ipsa voluntas. Idem colligitur ex sess. 14. cap. 4. Et ex Scriptura exigente ab homine conuersionem seu Pœnitentiæ ex toto corde. Ioel. 2. nam nomine cordis voluntatem intelligit, iuxta id Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Rationes sunt manifestæ. Prima, quia actus Pœnitentiæ est quidam actus iustitiæ: at iustitia voluntatis est. Secunda, actus pœnitentiæ aliquo modo attingit Deum quatenus peccatis offenditur: hoc autem obiectum solum potest attingi per rationem superiorem, atq; adeo per voluntatem. Tertia, quia actus pœnitentiæ opponitur peccato, quatenus peccatum est: at peccatum voluntatis est actus; & contraria versantur circa idem.

Dices, Pœnitentiæ est quædam pœna: pœna autem esse debet inuoluntaria: ergo & pœnitentiæ: ergo non potest esse actus voluntatis, qui est intrinsece voluntarius: Respondetur, potius esse de ratione pœnitentiæ, vt pœna per illam assumpta voluntaria sit, iuxta Augustinum de Vera & falsa pœnitentiæ cap. 18. & 19. Quia debet pœnitentiæ esse proportionata culpæ: hæc autem voluntaria fuit. Nunc est de

pria materia nascitur, non vero illam, quæ est quasi adæquata his actibus: tum etiam, quia, licet omnes illæ virtutes simul sumptæ videantur ad hoc concurrere, tamen, id est quasi per accidens, seu per aliud, non vero immediate, & ex vitium actuum, neque vnquam ita omnino tollunt illam difficultatem, quin multum iuuari possint per proprium habitum commensuratum his actibus vniuersalibus. Sicut è conuerso quamuis voluntas sit naturaliter propensa ad delectabilia, potest hæc inclinatio magis ac magis augeri per habitus vitiatorum, quibus propensio ad virtutem quodammodo minuatur. Vnde si homo vitiosus exercet vniuersales actus sequendi suum appetitum in omnibus, quamuis ad particulare obiectum non descendat, acquirat sine dubio aliquem habitum, quasi vniuersalem, quo & propensior ad vitia, & ad virtutem difficilius reddatur. Deniq; si consideremus hos actus in ordine supernaturali, non videtur dubium quin etiam sub illis rationibus vniuersalibus possint actus honesti, & supernaturales fieri, quorum principium proportionatum, & intrinsecum non inuenitur in sola voluntatis natura; Ergo necesse est, vt in illo ordine, talibus actibus, aliquis habitus respondeat, quia voluntas per se, ac nuda non est intrinsece proportionata aliquibus actibus supernaturalibus. Ille autem habitus non erit charitas, neque alia virtus, quæ versetur circa aliquam particularem rationem boni honesti: ergo in ordine habituum inuisibilium datur specialis habitus attingens huiusmodi rationes vniuersales: Ergo similis dari poterit in ordine habituum acquisitorum.

Est ergo valde probabilis sententiæ, quæ affirmat hos actus generare habitum proprium, & particularem, habentem propriam speciem sumptam ex habitudine ad tales actus, & tale obiectum, sub præcisa, ac generali ratione sumptum, quod in ratione obiecti induit specialem rationem distinctam à particularibus bonis, & obiectis aliarum virtutum: sicut in scientiis contingit, aliam esse circa transcendentalem rationem, & aliam circa genericam, & aliam circa specificam. Atque hanc scientiam de illo habitu indicauit Medina Cod. de Pœnitentiæ tract. 1. quæst. 1. ad quartum. Neq; abstat, quod Aristoteles, D. Thomas, & alij Philosophi morales tractando de Virtutibus nullam mentionem de hoc habitu fecisse videntur: forasse ea de causa fuit, quod hic habitus non videatur esse perfecta virtus, sed quasi inchoata, eo quod, ad executionem propriam, & particularium virtutum, non descendat, vel certe quia ex propriis rationibus singularium virtutum poterat hæc quasi vniuersalis intelligi: neque enim necesse est, vt omnia fuerint ab aliis auctoribus distincte explicata.

Dices, Hoc modo possunt multiplicari habitus circa rationes vniuersales, quasi subalteras: vt vnum esse habitum circa bonum honestum, vt sic, alium circa bonum iustum, quod est magis contractum, & condistinctum à bono temperantiæ, & similibus: abstrahit vero ab obiecto iustitiæ communitatiæ, distributiæ, & legalis, & sic de aliis. Respondetur, idem fere in scientiis reperiri: vnde sicut in illis id admittitur, quando rationes formales obiectorum conuenienter sumuntur & abstrahuntur: ita etiam in habitibus voluntatis id admitti possit, nullum enim est inconueniens. Nam vbi actus multiplicentur ex distinctione formali obiectorum, possunt etiam habitus multiplicari, præsertim loquendo de habitibus qui sint simplices qualitates, vt ex principiis Metaphysicæ constat. Sed de hoc habitu hæc sufficiat obiter dixisse.

Veritas

Medin.

Obiecto.

Respons.

Variat sententia.

Erasmus.

Rosens. Bellarm.

Assert.

D. Thom.

Conc. Trient.

Ioel 2.

Matth. 22.

Sarisbit obiecti.

C. est de